



B. C. D.
PROOEMIUM.

Simonides interrogatus olim ab Hierone Tyranno, quidnam esset DEUS? deliberandi unum sibi diem postulavit, cum idem ex eō postridiē quereretur, biduum pessit, ac cum ita sœpies duplicaret numerum, admiratusq; Hiero Tyrannus, qui rogaverat, efflagitaret, cur ita faceret? Quia, inquit, quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Et sane ita est, ut recte Simonides Hieroni Tyranno respondit; nam quotiescunque de DEO cogitamus, ejusq; naturam rimiri audemus, non rivulum ingredimur, nec flumen, sed vastissimi cuiusdam maris, qui vel optimos natatores jam olim absorpsérunt, gurgites indomitos; siquidem hæc doctrina doctissimorum hominum semper torsit ingenia, ut viam, quâ se expedirent, omnino non invenerint, sed quo secundq; verterent, in alios semper & alios, eosq; inexplicabiles nodos incurrerint, innumerisq; implexi hæserint labyrinthis. Eanimirum est hujus materiae sublimitas, ut ad eam caliget huma-

A

na